DISPUTATIO METAPHYSICA III. DE ENTE RATIONIS ET IN POTENTIA,

QVAM

PRÆSIDE

M. MARTINO BERTLEFFIO,

Prof. Publ.

prævià Ejusdem prælectione publicâ

RESPONDENS

ANTONIUS GIERING, Thorunensis,

adversus

CHRISTOPHILUM CORSONICHIUM,

Stolpâ-Pomeranum,

GEORGIUM HENR. WACHSCHLAGERUM,

ANTONIUM AUSCHWITZIUM,

Thorunenses.

defendet

IN GYMNASIO THORUNENSI,

A. O. R. M. DCC. III. die 13. Junii, horis consvetis.

THORUNII,

EX OFFICINA NOBILISS. SENATUS & GYMNASII.

PEr
h.
no
bet: a
Subject
nec (3
sed (4)
Dantur
rei, ta

DAri
Int
qvi se p
pore p
tionis

O*Bjic.*
sent
Ration
propria
intellec
Entia F
Conc.
piuntur
Obj.
E. non
á parte

THESIS I.

Dantur Entia Rationis.

Hypothesis.

PEr *Ens Rationis*, qvat. opponitur *Enti Reali* h. l. nihil aliud intelligitur, qvàm id, qvod non nisi objectivum esse in intellectu habet: adeoqve non id, qvod in mente est (1) *Subjectivè*; nec (2) qvod est â mente *Effectivè*; nec (3) qvod in mente *Objectivè conseqventer*; sed (4) qvod est in intellectu *Objectivè tantùm*. Dantur itaqve Entia Rationis, si non â parte rei, tamen â parte intellectûs.

Catathesis.

DAri Entia Rationis certum est: qvoniam illa Intellectui speculanda verè objiciuntur, qvi se per modum causæ efficientis habet, utpote per cujus fictionem etiam ipsa Entia Rationis esse suum habent.

Antithesis.

OBjic. 1. Q. nullam habent speciem se repræsentantem, illud non datur. Atqve Entia Rationis, E. ℞. Q. nullam habet speciem, nec propriam, nec alienam, illud non datur extra intellectum Conc. in intellectu Neg. Maj. Atq; Entia Rationis non habent speciem propriam Conc. non habent alienam Neg. Min. Concipiuntur enim per speciem Entis realis.

Obj. 2. Ens rationis est merum figmentum E. non datur. ℞. E. non datur â parte rei Conc. â parte intellectûs Neg. Conseqv.

THES. II.

Ens Rationis, propriè & propriissimè sic dictum, non est Ens Reale.

Hypothesis.

PEr Ens Rationis propriè sic dictum, intellectam volumus denominationem extrinsecam, qvæ rei competit, qvat. objicitur intellectui, ut homini competit esse speciem: Per Ens Rationis propriissimè sic dictum intelligitur id, cujus & objectum & objecti conceptus est tantùm in & ab intellectu.

Catathesis.

RAtio Asserti est: qvia Ens Rationis opponitur Enti Reali, eò qvòd hoc extra fictionem intellectûs verè esse obtinet; illud autem non habet verè esse, nisi per mentis fictionem. Jam autem prædicata contradictoria eidem competere non possunt. Si enim Ens Rationis est Ens reale, tum erit extra & non extra intellectum: qvod absurdum.

Antithesis.

OBjic. 1. Ens Rationis producitur â causa reali per actionem realem, scil. ab intellectu per intellectionem, E. est Ens reale. ℞. Producitur â causa reali primariò & directè Neg. per accidens, & conseqventer Conc. Ant. Neg. Conseq.

Obj. 2. O. objectum intellectûs est Ens reale. Atqve Ens Rationis est objectum intellectûs, E. est Ens reale. ℞. O. objectum intellectûs per propriam speciem est Ens reale Conc. per speciem alienam, est Ens reale Neg. Maj.

Obj. 3.

Obj. 3. Mons aureus est Ens reale. Atqve Mons aureus est Ens Rationis, E. Ens Rationis est Ens reale. *Maj. prob.* q. Mons aureus habet partes. ℞. Neg. Maj. Ad Prob. ℞. Mons aureus habet partes reduplicativè & ex operatione intellectûs Conc. specificativè & á parte rei Neg.

THES. III.

Ens Rationis non habet existentiam realem.

Hypothesis.

SUpp. (1) Ens rationis iterum intelligendum, qvod opponitur Enti reali. (2) Existentiam Entis Rationis esse ab actu existendi in intellectu. (3) Dist. inter Existentiam Entis Rationis perfectam & imperfectam: hanc esse per respectum ad objectum; illam per respectum ad intellectum.

Catathesis.

EXistentia realis Enti Rationis tribui non potest: qvia qvod non habet essentiam realem id etiam non potest habere existentiam realem: ista enim semper præsupponit illam.

Antithesis.

OBjic. 1. Q. á causa reali procedit, illud etiam habet existentiam realem. Atqve Ens Rationis á causa reali procedit, E. ℞. Qvod procedit á causa reali primariò & directè, illud habet existentiam realem Conc. qvod procedit secundariò & conseqventer, illud habet existentiam realem Neg. Maj. qvia intellectio est

ab intellectu tanqvam effectus realis à causa reali, ad hanc verò intellectionem seqvuntur Entia Rationis.

Obj. 2. Objectum est prius sua facultate. Atqve Ens Rationis est objectum intellectionis, E. Ens rationis habet existentiam realem. ℞. Objectum primò & per se cognitum, est prius suâ facultate Conc. Conseqventer cognitum Neg. Maj. Atqve Ens Rationis est objectum intellectionis primariò & per se cognitum Neg. Min. & Conseq.

Obj. 3. Q. est æternum id habet existentiam realem. Atqve Ens Rationis est æternum, E. ℞. Q. est æternum ratione prædicationis sive æternitate Logica, illud habet existentiam realem Neg. ratione existentiæ ac durationis sive æternitate physica Conc. Maj. Neg. Min.

THESIS IV.

Ens Rationis concipitur per speciem Entis realis.

Hypothesis.

ENs Rationis h. l. non tam pro figmento qvàm Ente rationali, scil. specie sumitur. Præterea dist. (1) inter objectum intellectui proportionatum & improportionatum: de hoc. (2) dist. inter speciem propriam & alienam: de hac. (3) dist. inter speciem impressam & expressam: de hac.

Catathesis.

QVemadmodum non omnia, qvæ cognoscuntur, per propriam speciem cognoscuntur, sed

sed per alienam; ita etiam Ens Rationis, cum sit objectum intellectui improportionatum per suam speciem cognosci non potest: qvon. est minima entitas, & nunqvam fuit in sensu, E. per speciem Entis realis concipiendum.

Antithesis.

OBjic. 1. QvaleEns est, per talem etiam speciem cognoscitur. Atq; Ens est Rationis, E. etiam per speciem Entis Rationis non realis cognoscitur. ℞. Qvale est Ens, per talem etiam speciem cognoscitur, scil. impressam Neg. expressam Conc. Maj. Ratio Negationis est: qvia DEUS est infinitus, attamen infinita species intellectui nostro non imprimitur.

Obj. 2. Q. cognoscitur, id per suam & non alienam speciem cognoscitur. Atqve Ens Rationis &c. E. ℞. (1) Atqve Relatorum unum per alterum cognoscitur. ℞. (2) Q. cognoscitur, per speciem cognoscitur â se impressam Neg. â se expressam Conc. Maj. q. species Entis realis non competit Enti Rationis ex se, sed saltem conseqventer.

Obj. 3. Q. toto genere differunt non possunt habere eandem speciem. Atqve Ens reale & rationis, E. ℞. Q. toto genere differunt, non possunt habere eandem speciem *ex aqvo* Conc. *Analogicè* Neg. Maj. Potest enim unum habere per se, alterum per similitudinem.

Obj. 4. Negatio per propriam speciem ab intellectu cognoscitur. Negatio est Ens Rationis, E. ℞. Per speciem impressam Neg. Maj. q.

Negatio cognoſcitur per contrariam affirmationem, e. g. *homo non eſt doctus*, cognoſcitur ab intellectu propter propoſitionem affirmativam, *homo eſt doctus.*

THESIS V.

DEUS non poteſt Ens Rationis ſibi facere.

Hypotheſis.

Hic per Ens Rationis præcipuè intelligitur figmentum. Ideoq; (1) diſt. inter id qvod eſt perfectionis & imperfectionis. de hoc. (2) diſt. inter intelligere poſitivè & negativè: de illo.

Catatheſis.

Negativæ ſententiæ fundamentum eſt: qvoniam Ens Rationis facere eſt imperfectionis; in DEUM autem nulla cadit imperfectio.

Antitheſis.

O*Bjic* 1. DEUS poteſt notiones imprimere rebus, E. poteſt Ens Rationis facere. ℞. Neg. Antec. q. DEUS non poteſt prius intelligere Ens reale & conſeqventer Ens Rationis, ſicuti homo tribus mentis operationibus præditus.

Obj. 2. DEUS poteſt ex nihilo aliqvid facere, E, etiam Ens Rationis ſibi poteſt facere. ℞. Neg. Conſeq. qvia illud eſt perfectionis, hoc imperfectionis.

Obj. 3. DEUS intelligit Entia Rationis, E. etiam poteſt facere. ℞. DEUS intelligit peccata noſtra, E. etiam poteſt ſibi fabricare peccata: abſurdum.

THESIS VI.

DEUS non poteſt noſtra Entia Rationis intelligere.

Hypotheſis.

VAlet Theſis, ſi τὸ *Intelligere* ſumatur in ſenſu *poſitivo*; non valet, ſi ſumatur in ſenſu *negativo*. de illo h. l.

Cataтheſis.

DEUS qvidem noſtra figmenta, noſtras denominationes, qvas rebus conceptis imprimimus *negativè* intelligit h. e. non ignorat; attamen *poſitivè* non intelligit, nec imprimit ipſe: aliàs ſucceſſio in intellectu divino daretur, qvæ imperfectionem involvit.

Antitheſis.

OBjic. 1. DEUS intelligit Entia realia poſitivè, E. etiam Entia Rationis intelliget poſitivè. ℞. Neg. Conſ. q. illud nullam involvit imperfectionem, hoc autem involvit.

Obj. 2. Si intellectus divinus non poteſt intelligere Entia Rationis, qvod poteſt noſter intellectus, ſeqvetur illum eſſe imperfectiorem iſto. Atqve hoc falſum, E. & illud. ℞. Si non poteſt intelligere negativè Conced. ſi non poteſt poſitivè intelligere. Neg. Connex. q. illud eſt perfectionis, hoc imperfectionis.

Obj. 3. DEUS intelligit noſtra Entia Rationis, e. g. *homo eſt ſpecies.* Item, *qvod detur Syllogiſmus*, E. intelligit poſitivè. ℞. In ſenſu negativo Conc. in ſenſu poſitivo Neg. Antec.

THESIS VII.

DEUS poteſt Entia Rationis nondum â nobis cognita cognoſcere.

Hypotheſis.

SEnſus hujus Theſeos eſt; DEUM poſſe noſtras cogitationes craſtinas hodie cognoſcere. Ubi tamen iterum repetenda diſtinctio, inter intelligere poſitivè & negativè. de hoc. h. l.

Catatheſis.

DEUM Entia Rationis nondum â nobis cognita cognoſcere negari non poteſt. Siqvidem in DEO non datur prius nec poſterius, ſed omnia DEO ſunt præſentia. Nihil DEO eſt abſconditum, ſed omnia patent.

Antitheſis.

OBjic. 1. Q. non eſt in intellectu divino vel humano, id cognoſci à DEO non poteſt. Atqve Entia Rationis nondum â nobis cognita, nec ſunt in intellectu divino, nec humano, E. â DEO cognoſci non poſſunt. Min. prob. q. DEUS non poteſt intelligere Entia Rationis â nobis cognita & præſentia, E. nec incognita & futura. ℞. (1) Neg. Min. ℞. (2) ad Prob. Non poteſt intelligere poſitivè, Conc. negativè Neg.

Obj. 2. Q. â DEO cognoſcitur, id actu exiſtit: Atqve Ens Rationis nondum cognitum, actu non exiſtit, E. nec â DEO cognoſcitur. Maj. prob. q. DEI intelligere eſt facere. ℞. (1) actu exiſtit extra DEUM Neg. in DEO Conc. Maj. ℞. (2) exiſtit actu poſitivè Neg. negativè Conc.

THE-

THESIS VIII.

Ens in potentia non eſt verum & reale Ens.

Hypotheſis.

ENs in potentia ſ. poſſibile nobis h. l. eſt id, qvod actu eſſendi caret, eundem tamen virtute cauſæ producentis, ut accipiat, non repugnat. Hoc præſuppoſitô, diſt. (1) inter realitatem ſive entitatem Entis in potentia *in ſe* & *in cauſis*: de illa. (2) diſt. inter realitatem eſſentiæ atqve exiſtentiæ *negativè* & *poſitivè*; *objectivè* & *entitativè*; *virtualiter* & *formaliter*; *idealiter* & *realiter*: Non priori, ſed poſteriori reſpectu negatur theſis. (3) diſt. inter *eſſe* Entis nondum exiſtentis cognitum atqve objectivum; & inter eſſe illius reale. de hoc. (4) diſt. inter nihilum eſſentiæ & exiſtentiæ: de utroqve. (5) diſt. inter diviſionem Entis Realem & Nominalem. (6) diſt. inter nominis communitatem & rei qvidditatem. de hac.

Catatheſis.

ENs in potentia non eſſe verum & reale Ens, prob. (1) q. Ens in potentia tantum æqvivocè dicitur Ens: ſed æqvivoca Entis denominatio non eſt realis Entis participatio. (2) qvia Ens in Potentia actu eſſendi caret: ſed res, anteqvam exiſtit, nihil eſt. (3) qvia abſolutè & revera Ens eſt, qvod eſt actu: huic oppoſitum ejus abſolutè & revera non eſt Ens, qvod actu non eſt. (4) q. manifeſta eſſet contradictio, eſſe reale qvid & exiſtere, qvod nondum eſt, ſive non exiſtit.

Anti-

Antithesis.

Objic. 1. Q. habet realitatem id est Ens reale. Atqve Ens in potentia habet realitatem, E. est Ens reale. Min. prob. q. (1) Essentia creaturæ priusqvam existat per creationem, terminat cognitionem DEI, ut autem terminet, reqvirit aliqvod esse. (2) q. prædicata essentialia ab æterno verè prædicantur de essentia, omnis autem veritas fundatur in esse. (3) q. res creatæ secundùm esse essentiæ collocantur sub certo genere & specie; unde ejusdem speciei est rosa, sive existat, sive non existat. (4) q. si essentia creaturæ secundùm se & ut objicitur simplici intelligentiæ DEI, nihil reale est; erit Ens Rationis: qvomodo ergo verè dicitur esse aliqvid creabile, cum Ens Rationis nec sit aliqvid, nec creari possit. ℞. (1) ad Maj. Q. habet realitatem in se, anteqvam egrediatur è causis, id est Ens reale Conc. Q. habet realitatem in causis &c. Neg. Maj. ℞. (2) ad Prob. primam Minoris. Essentiam creaturæ terminare cognitionem DEI, ut est objectum secundarium scientiæ divinæ Conc. non tamen ut movens objectum, sed tantum terminans. Ad hoc verò nullum reale esse, qvod actu habeat, necessarium est: q. terminare nec est aliqvid ab ipsa, nec aliqvid in ipsa essentia, sed est sola denominatio extrinseca à scientia DEI, qvæ in re denominata nihil ponit, nec præsupponit per se aliqvod esse reale, sed tale, qvale per scientiam cognoscitur. ℞. (3) ad Prob. secundam. Ab æterno non fuisse veritatem in illis propositionibus,

ſitionibus, niſi qvat. erant objectivè in mente divina: q. ſubjectivè ſive realiter non erant in ſe, nec objectivè in alio intellectu. Ut autem vera eſſet ſcientia, qvâ DEUS ab æterno cognovit, *hominem eſſe animal rationale*: non oportuit eſſentiam hominis habere ex æternitate aliqvod eſſe reale, ſed ſolam connexionem intrinſecam talium extremorum: hæc verò connexio non fundatur in actuali eſſe, ſed potentiali. ℞. (4) ad Prob. 3. Cum aliqva res poſſibilis dicitur facta eſſe eadem numero vel ſpecie, ſi intelligatur *poſitivè* Neg. ſi *negativè* Conc. q. res producibilis & producta non ſunt duæ, ſed una & unam habent ſpeciem unamq; eſſentiam, non duas. ℞. (5) ad Prob. qvartam. Eſſentiam poſſibilem creaturæ objectivam ſcientiæ div. non eſſe Ens confictum ab intellectu, ſed eſſe revera Ens poſſibile & capax realis exiſtentiæ, adeoq; non eſſe Ens Rationis, ſed ſub Ente reali aliqvomodo comprehendi.

Obj. 2. Ab æterno fuit non repugnantia, E. Ens in potentia habet realitatem eſſentiæ. ℞. (1) Ab æterno fuit non repugnantia, E. Ens impoſſibile habet realitatem eſſentiæ: falſum? ℞. (2) diſt. Conſ. E. habuit realitatem tum eſſentiæ, cùm exiſtentiæ ſcil. negativè, non poſitivè; objectivè, non entitativè; virtualiter, non formaliter; idealiter, non realiter; in cauſis, non extra cauſas.

Obj. 3. Entia poſſibilia ab æterno erant in DEO, E. Ens in potentia habet realitatem eſſentiæ. ℞. Erant in DEO cognitivè qvoad eſſe

esse ideale & virtualiter Conc. entitativè formaliter & qvoad esse reale Neg. Ant. & Cons.

Obj. 4. Q. continetur sub Ente reali, & facit membrum divisionis Entis realis, id est Ens reale. Atqve essentia in statu possibilitatis ad existendum continetur sub Ente &c. E. Min. prob. q. Ens in tota sua latitudine Philosophi communiter dividunt in Reale & Rationis; Reale iterum in Ens actu & potentia. ℞. ad Maj. Q. continetur sub Ente reali *propriè* & *in rigore* sic dicto, in qvantum distingvitur contra non existens actu, & facit membrum divisionis illius, id est Ens reale Conc. Maj. Neg. Min. sub Ente reali *impropriè* & in aliqvanta latitudine, in qvantum distingvitur contra Ens fictum, est Ens reale Neg. Maj. Conc. Min. Ad Prob. ℞. DivisionemEntis inReale & Rationis, Actuale & Potentiale, non esse realem, sed distinctionem tantùm nominalem, qvalis est hominis in vivum & pictum.

THESIS IX.

Enti in potentia non repugnat tribuere prædicata realia.

Hypothesis.

VAlet hoc axioma de Ente in potentia (1) non qvat. in potentia est; sed qvà est prævisum vel Ens certò futurum, ut meritum Christi & fides salvifica; vel qvat. admittit terminos convenientes s. non repugnantes. (2) Cum prædicata realia tribuuntur Enti in potentia, non intelligenda est realitas physica s. essendi actualitas

litas; sed realitas Logica s. veritas attributionis tantùm.

Catathesis.

RAtio Axiomatis est: qvia prædicata realia poscunt saltem veritatem attributionis s. realitatem Logicam, non autem essendi actualitatem s. realitatem physicam: qvapropter essentialia attributa competunt Enti præscindendo ab actu & potentia: imò & qvæ certò sunt consecutura rem qvando actuale esse nancisceretur, vendicare ipsi solent sub esse qvoqve possibili considerato; qvemadmodum agnus dicitur occisus ab origine mundi ob certitudinem, & meritum Christi causa salutis ab æterno; item fides salvifica, causa electionis dicitur.

Antithesis.

OBjic. 1. Cuicunq; tribuuntur prædicata realia, illud est Ens reale. Atqve Ens in potentia non est Ens reale, E. Enti in potentia repugnat tribuere prædicata realia. R. Cui tribuuntur &c. qvoad essendi actualitatem Conc. qvoad veritatem attributionis tantùm Neg. Maj.

Obj. 2. Ens in potentia est non Ens, E. Enti in potentia repugnat tribuere prædicata realia. R. per distinct. priorem.

THESIS X.

Enti in potentia qvà tali neqvit adscribi operatio realis.

Hypothesis.

NOtanter dicimus, *Enti in potentia qvà tali* h. e. qvà in potentia est; non qvà est vel

præ-

prævisum vel Ens actu certè futurum. Deinde distingv. inter *causam esse* qvoad influxum realem & qvoad causalitatem moralem. de illo.

Catathesis.

ENti in potentia qvà tali rectè negatur operatio realis ob seqq. rationes. (1) q. duo contradictoria nunqvam simul stare possunt. Est autem manifesta contradictio esse in potentia & actu operari. (2) qvia Ens in potentia qvà in potentia est, est non-Ens: qvon. in se realitatem nullam habet, ut jam ostensum, E. etiam ejus efficacia nulla.

Antithesis.

OBjic. 1. Enti in potentia tribuuntur prædicata realia, E. etiam operatio realis ei competet. R. qvà tali s. qvat. est in potentia & qvoad essendi actualitatem Neg. qvat. est prævisum ac certè futurum & qvoad veritatem attributionis Conc. Ant. Neg. Conseq.

Obj. 2. Stante hoc Canone, meritum Christi non potest dici causa salutis nostræ ab æterno; nec fides causa electionis: q. meritum Christi & fides prævisa est Ens in potentia. Sed hoc negari non potest contra S. S. E. illud negandum. R. (1) In hoc argum. committi Fall. Oppositorum. Bene simul stare possunt axioma & exempla data: qvon. axioma valet de Ente in potentia qvà tali; exempla verò qvà præviso & certò futuro. Axioma sonat de causa qvoad influxum realem; exempla qvoad causalitatem moralem. Deinde dist. inter fidem, qvat. sub esse objectivo est & qvat. actu reali conveniet hominibus credentibus. hoc respectu fides prævisa dicitur id, cujus intuitu salvare decrevit DEUS homines.

prævisum vel Ens actu certè futurum. Deinde distingv. inter *causam esse* qvoad influxum realem & qvoad causalitatem moralem. de illo.

Catathesis.

ENti in potentia qvà tali rectè negatur operatio realis ob seqq. rationes. (1) q. duo contradictoria nunqvam simul stare possunt. Est autem manifesta contradictio esse in potentia & actu operari. (2) qvia Ens in potentia qvà in potentia est, est non-Ens: qvon. in se realitatem nullam habet, ut jam ostensum, E. etiam ejus efficacia nulla.

Antithesis.

OBjic. 1. Enti in potentia tribuuntur prædicata realia, E. etiam operatio realis ei competet. R. qvà tali s. qvat. est in potentia & qvoad essendi actualitatem Neg. qvat. est prævisum ac certè futurum & qvoad veritatem attributionis Conc. Ant. Neg. Conseq.

Obj. 2. Stante hoc Canone, meritum Christi non potest dici causa salutis nostræ ab æterno; nec fides causa electionis: q. meritum Christi & fides prævisa est Ens in potentia. Sed hoc negari non potest contra S.S. E. illud negandum. R. (1) In hoc argum. committi Fall. Oppositorum. Bene simul stare possunt axioma & exempla data: qvon. axioma valet de Ente in potentia qvà tali; exempla verò qvà p[illegible] certò futuro. Axioma sonat de ca[illegible] influxum realem; exempla qvoad causalitate[illegible] Deinde dist. inter fidem, qvat. sub esse ob[illegible] & qvat. actu reali conveniet hominibus c[illegible] hoc respectu fides prævisa dicitur id, cuj[illegible] salvare decrevit DEUS homine[illegible]